



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXIII. Siegfried, Bischof von Brandenburg, verleiht dem Kloster Lehnin den  
Sackzehnten der Pfarre in Deetz, am 13. Januar 1219.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](#)

Sifridus episcopus Brandenburgensis assignauit fratribus in Lenin de consenu capitulo decimationes in Peskendorf, Zerne, Radele, Goritz, Micheldorf, Naumitz, Damelanc, Welseneworde, Detz, Gotitz, tertia parte mansorum excepta, et contulit supradictis fratribus 210 mansorum decimas iuxta montem Hangendeberge nec non ipsius loci, in quo situm est monasterium molendinorumque et vinearum adiacentium cum attinentiis. Anno 1217.

Nach dem neuern Verzeichnisse.

**XXIII.** Siegfried, Bischof von Brandenburg, verleiht dem Kloster Lehnin den Sachzehnten der Pfarre zu Detz, am 13. Januar 1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Sifridus, dei gratia Brandenburgensis dioecesis episcopus. Sanctae religionis viris, laborem suum deo jugiter immolantibus, quibus cura est primum regnum dei quaerere, licet terrena substantia ex promissione divina certissime fit adjicienda. Quia, cum implendae promissionis suae nos dignetur habere ministros, summopere nobis curandum est, ad posse nostrum, sic ipsis propiscere, ne contemplativae vitae tranquillitatem, quam auctore domino bajulant, immoderate onus perturbet. Proinde notum sit tam futuris quam praefentibus Christi fidelibus, quod nos indigentiam dilectorum fratrum de Lenyn pro respectu contuentes pro relevanda ipsorum inopia definitam pensionem decimarum ecclesiae Detz, videlicet decem choros filiinis de villis Detz, Gotitz, Bussowe plebani usibus attinentium de consilio domini Alberti, praepositi Brandenburgensis et consenu totius capituli dictis fratribus assignavimus, perpetua libertate annuatim excipiendo; pars autem residua, quae a decem choris superest, legitimo relinquitur vicario, qui praefatam procuret ecclesiam, cum manis quatuor simul et decimis carnium, ex quibus ipse dioecesis episcopo scilicet et praeposito suas justicias potest et debet ministrare. Ut igitur haec assignatio in posterum maneat perpetua firmitate subnixa, sigillorum appensionibus nostri et Alberti Brandenburgensis praepositi atque capituli fecimus insigniri. Hujus rei testes sunt Hinricus prior, plebanus de Sancto Godehardo, Theodericus capellanus, Jacobus cellararius, Hinricus custos, aliquique plures. Datum Lenin anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. idus Januarii.

Aus einer Abschrift im alten Brandenburger Copialsbuch von Prof. Dr. Höffler mitgeheilt.

**XXIV.** Rudolph, Abt zu Lehnin, Bederich, Graf von Beltz und Burchard von Briezen, Magdeburgischer Ministerial, befunden, daß Ritter Rudolph und dessen Gattin Bia ihre Besitzungen zu Stangenhagen gegen eine Leibrente abgetreten haben, den 13. November 1219.

Rodolfus dei Gratia abbas de Lenin, Bedericus comes de beltz, Borchardus de briezene, Magdeburgensis Ecclesie Ministerialis, Presentem paginam inspecturis Circumspecte prouisionis interesse dinoscitur, vt quicquid in humanis actibus sub pretextu irrenocabilis pacti recor-